

Dixi Dómino: Deus meus  
es tu: \* exáudi Dómine vo-  
cem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine virtus  
salútis meæ: \* obumbrásti  
super caput meum in die  
belli:

Ne tradas me Dómine a  
desidério meo peccatóri: \*  
cogitavérunt contra me, ne  
derelínquas me, ne forte  
exalténtur.


Caput circúitus eórum: \*  
labor labiórum ipsórum  
opériet eos.

Cadent super eos carbó-  
nes, & in ignem dejícies  
eos: \* in misériis non  
subsístent.


Vir linguósus non diri-  
gétur in terra: \* virum  
injústum mala cápient in  
intéritu.

Cognóvi quia fáciat Dó-  
minus júdícium ínopis: \* et  
vindíctam páuperum.


Verúntamen justí confi-  
tebúntur nómini tuo: \* et  
habitábunt recti cum vultu  
tuo.



Ant. A VIRO in-íquo lí-bera me Dómine.



Ant. vij. toni. DOMINE. Ps. 140. clamávi ad te, exáudi me: \*



inténde voci me-æ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut  
incénsus in conspéctu tuo: \*  
elevátio mánuum meárum  
sacrificium vespertínus.

Pone Dómine custódiam  
ori meo: \* et óstium cir-  
cumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum

in verba malítiæ, \* ad excu-  
sándas excusatiónes in pec-  
cátis.

Cum homínibus operán-  
tibus iniquitatem: \* et non  
communicábo cum eléctis  
eórum.

Corrípiet me justus in